

Miserere nostri, Domine : miserere nostri.

Fiat misericordia tua, Domine, super nos : quemadmodum speravimus in te.

In te, Domine, speravi : non confundar in eternum.

V. Benedicamus Patrem et Filium,  
cum Sancto Spiritu.

R. Laudemus et superexaltemus  
eum in saecula.

Domine exaudi orationem meam  
Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

Deus, cuius misericordiae non est numerus et bonitatis infinitus est thesaurus, piissimae Majestati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes, ut qui potentibus postulata coneedis, eosdem non deserens, ad præmia futura disponas. Per Christum Dominum nostrum.  
R. Amen.

Domine exaudi orationem meam.  
Et clamor meus ad te veniat.